



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Speculum Approbandorum Bipartitum

Unczovsky, Marianus

Coloniæ Agrippinæ, 1693

Quæstio XLVII. De Ministro Sacramenti Pœnit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37308

nonnulli tamen *Canonis*: breviter tradunt definit: sub terminis item significantibus, *Tolet.* namque in *lib. 1. c. 57.* dicit quòd sit *inhabilitas Canonica Ordines suscipiendi, & susceptos exercendi à solo jure proveniens.* Similiter *Sylvest. ver. irregul.* inquit, quòd sit *Nota & impedimentum Canonici ex facto seu defectu proveniens, quo is prohibetur ad Ecclesiasticos Ordines promoveri, & in iisdem ministrare.*

QUÆSTIO XLVII.

De Ministro Sacrament. Penitentia.

Dices utiq; quòd solus Sacerdos sit Minister Sacramentalis absolutionis.

S. Dico, conformiter ad definit: *Concil. Constant. in Bulla Martini V. Florent. & Trident. Sess. 14. can. 10.* ubi anathematizat dicentes, non solos Sacerdotes esse Ministros absolutionis.

U. Sed unde colligitur hæc fidei veritas?

Kk §

S. Spe.

S. Specialiter ex illo textu Script: *Joh. an. 20. Accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata &c.* ficut enim verba illa in institutione Eucharistiae *Hoc facite in meam commemorationem* ad solos Apostolos representantes Sacerdotes, quibus ex officio competit duntaxat Eucharistiam conficere, directa fuerunt, ita quoque ijs solis quatenus Sacerdotes erant, dicta fuerunt verba praecitata, adeoque soli Sacerdoti competit absolvere a peccatis; praeterea juxta alibi dicta actus absolutionis est judicialis & quidem judicij gravissimi idcirco oportebat ipsum committere solum certis ac determinatis Judicibus nempe Sacerdotibus, ut quemadmodum in lege veteri judicare Populum pertinebat ad Sacerdotes, similiter in lege nova potestas judicandi de peccatis spectaret ad solos Sacerdotes: hinc *D. August. de Penit. ait: Qui vult confiteri peccata sua ut inveniat gratiam, querat Sacerdotem.*

U. Ut-

Ut quid necessarium quærere Sa-
cerdotem, cum *D. Jacob. cap. 5. sua E-*
dicat Confitemini alterutrum pecca-
ta vestra?

Loquitur Apost: in illo textu de Con-
fessione extrâ Sacramentali humilia-
tionis causâ facta, juxta interpretat:
Theologor: qualem Confessionem lau-
dant *Venerab. Beda* scribens in illum
text: & *D. Thomas quest. 8. supplementi*
tri. 2. ad 1. utpote conducentem tam
ad præfatum actum humilitatis, quàm
etiam contritionis, & ad accipiendum
bonum consilium in re aliqua gravi.
Vel (& melius) loquitur Apost: de Sa-
cerdotibus inter se, ita ut ly *alterutrum*
referatur ad Sacerdotes approbatos,
quæ explicatio colligitur tum ex ver-
bis antecedentibus, *infirmatur quis ex*
vobis inducat Presbyteros &c. tum ex
hoc, quia Apostolus hortatur fideles
ad faciendam Confessionem eo modo,
quo eam voluit fieri CHRISTUS, sic au-
tem est, quòd Confessionem Sacramē-

talem voluerit fieri CHRISTUS coram
 solis Sacerdotibus: ergo &c. Obligatio
 enim Confessionis sive ex jure Divino
 sive Ecclesiastico, non est ad simplici-
 ter accusandum nos de peccatis, sed
 est tota ad confitendum illa tantum
 Sacramentaliter, subjiciendo eadem
 clavibus Ecclesiæ, clavis autem mini-
 sterialis & Ordinis, & Jurisdictionis,
 & Scientiæ est in solis Sacerdotibus ad
 Ministerium hujus Sacramenti specia-
 liter deputatis, adeoque coram ipsis
 duntaxat est facienda Confessio Sacra-
 mentalis.

U. Jus exprimit in casu necessitatis
 posse Confessionem fieri Diacono; ha-
 betur enim *can. Fures can. 13, q. 2. Fures
 & Latrones si in furando aut depre-
 dando occiduntur, visum est pro eis non oran-
 dum, sed si comprehensi aut vulnerati
 Presbytero vel Diacono confessi fuerint,
 communionem eis non negamus.*

S. Hunc textum quidam Theologi ex-
 ponunt de Confessione non Sacramen-
 ta-

li, vel quòd absente Presbytero pos-
sit Diaconus absolvere ab excommu-
nicatione, sed meliùs alij dicunt illum
textum esse mendosè positum, solum-
que in Canone unde desumpta sunt
verba cita: legi: Si DEO & Sacerdoti
confessi fuerint &c. cùm jus ligandi &
absolvendi à peccatis sit solùm con-
cessum ipsis Sacerdotibus exc. Verbum
DEI §. certum est, de pœnit. Dist. 1. hinc
non Sacerdos seu solùm Diaconus te-
merè & nulliter absolvit, & ultrà ir-
regularitatem quam absolvendo con-
trahit, incurrit etiam pœnam Capita-
lem per Constit. Clement. VIII. editam
anno 1601. quæ incipit: *Etsi aliàs feli-
cis record. Paulus Papa Quartus &c.*
U. Nonnè Minister Baptismi est Dia-
conus & potest esse quoq; Laicus, er-
go etiam Sacramenti Pœnitentiæ,
S. Non est paritas in institutione nam-
que Baptismi non fuit facta limitatio
ad hunc potiùs quàm ad alium Mini-
strum, modò sit ratione præditus in-
ten.

tendatq; facere quod facit Ecclesia, sed in institutione Sacramenti Pœnitentiæ fuit limitatum Ministerium ad solos Sacerdotes ut pat: ex tex: præcit: Neq; est tantæ necessitatis Pœnitentiæ Sacramentum, quantæ Baptismus, siquidem absolutio Sacramentalis datur solum adulto, qui in necessitate & defectu Sacerdotis actum Contritionis cum DEI auxilio elicere potest atque ita salvari; ac proinde congruum est, ut communior sit Minister Sacramenti Baptismi quàm Pœnitentiæ.

U Observa verba Doct. Angel. qui sic discurret: *sicut Baptismus est Sacramentum necessitatis, ita & Pœnitentia, Baptismus autem quia est Sacramentum necessitatis, duplicem habet Ministrum, unum cui ex officio Baptizare incumbit, scilicet Sacerdotem, alium, cui ratione necessitatis dispensatio Baptismi committitur, & ita etiam Minister Pœnitentiæ cui Confessio faciendâ est ex officio est Sacerdos, sed in necessitate etiam Laicus vicem Sa-*

cer-

...a, sed
...ntia
...olos
...Neq;
...e Sa-
...iqui-
...r fo-
...de-
...onis
...tque
...est,
...nen-
...i sic
...men-
...ptis-
...cessi-
...um
...licet
...ita-
...e
...om-
...os,
...Sa-
...er-

...dotis supplet, ut ei confessio fieri possit.
...em videtur docere Doct. sub. in quar-
...Dist. 17. §. Si vero queras, ergo non so-
...us Sacerdos est Minister hujus Sacram.
...Lego apud sequaces D. Thoma, quod
...Doct. Angel. in hoc loco non loquatur
...de Confessione facienda Laico in or-
...dine ad absolutionem Sacramentalem,
...sed loquatur de Confessione facienda
...Laico juxta consuetudinem aliquan-
...do receptam, jam vero abrogatam in
...ordine ad humiliationem Pœnitentis,
...cujus intuitu dicit S. Doct. CHRISTUM
...Summum Sacerdotem suppleturum de-
...fectum Sacramenti, & remissurum
...peccata homini sic confitenti; nun-
...quam itaq; docuit Angelic. Laicum esse
...Ministrum Sacramenti & absolutionis
...Sacramentalis, in casu cujuscunque
...necessitatis, sed si contingat aliquan-
...do Confessionem fieri Laico, dari ab-
...solutionem insensibilem à CHRISTO;
...Scotus autem loco cit. discurrendo de
...Confessione Laico facta habet sequen-
...tia:

tia: Talis Confessio potest esse materia verecundia, qua est una pena debita peccato, & in hoc confitens solvit aliquam penam, quam solveret, si confiteretur Sacerdoti, sed quia accusatio ad hoc ex precepto fit, ut sequatur Sententia, & Laicus nullam habet sentiendi auctoritatem in isto foro, sequitur, quod nullum preceptum est de accusando se Laico, & fortè melius esset non accusare se illi, si posset talem verecundiam habere apud se recogitando eadem peccata &c. (hæc Scotus) & paulò infrà sic loquitur: Quid igitur de malefactoribus damnatis confitentibus Laico? Respondeo, simplicitas excusat eos, nè in hoc peccent, & humilitas eorum est meritoria pro quanto volunt illud, quod pertinet ad Sacramentum Penitentia supplere, sicut possunt, sed Viri discreto qui benè sciret, ad quid est Confessio instituta, nec fortè utile foret, nec fortè necessarium talem Confessionem facere; fallitur proinde Richardus quando ait: Pœnitentem obligari in casu
ne.

ecessitatis ad confitendum Laico.
Demus casum, quòd factâ in casu
ecessitatis Confessione coram Laico
conformiter ad dicta, ipse fortè ten-
eret aut præsumeret absolvere?
Præter gravissimum peccatum quòd
committeret, fieret secundùm aliquos
irregularis, si hoc ejus factum esset
valde publicum, vel de eo esset con-
victus in judicio, ratione talis infamiæ.
Suppono quòd potestas clavium se-
extendat non solùm ad remissionem
culpæ sed etiam pœnæ æternæ?
Sic docet *Sac. Concil. Trid. Sess. 14.*
c. 1. ubi post alia dicitur, CHRISTUM
Dominũ dedisse Apostolis potestatem
remittendi peccata ad conciliandos fi-
deles post Baptismum lapsos, atqui
nullus reconciliatur DEO, nisi per ab-
lationẽ culpæ & pœnæ æternæ *ergo &c.*
prætereà Sacerdos *ministerialiter* cõfert
gratiam habitualem per Sacramentum
Pœnitentiæ, atqui gratia habitualis
pellit peccatum Mortale, & tollit rea-
tum

tum pœnæ aternæ igitur &c. ex quo patet quomodo competat dimittere pœnam aternam & culpam Sacerdoti, & quomodo DEO? nempe huic principaliter illi vero ut dictum est ministerialiter tanquam DEI Ministro.

QUÆSTIO XLVIII.

In qua adhuc nonnulla de Ministro Sacrament. Penitent. juxta Pontificum Decreta.

Vicar. **P**ossetne Parochus habens Jurisdictionem Ordinariam in sua Parochia, simplici Sacerdoti eam delegare in ordine ad absolvendum Sacramentaliter?
 S. Existimo quod præscindendo à *Sac. Conc. Trid.* dispositione posset, verum stante declaratione ac determinatione præfati Concil: hoc amplius fieri non potest, & potestas in Parocho ad delegandam suam jurisdictionem omnino cassata, annullata & ablata est: hinc *Alexand. fel: record: Papa VII.*
 dam-